



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 12. Æternitas Filii Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Seculum IV. *bis ipsis affirmavit.* S. Ambrosius: *Ma-*
A. C. 381. *davit utique, eo ipso, quod non prohibu-*
rit. Palladius: *Vestra sollicitationis*
impedimento fuere, ne venirent, & m-
dato conficto, Concilium distulistis.

§. XII.

Æternitas Filii Dei.

Sanctus Ambrosius dixit: *Ne longius*
discurramus! Respondete jam! an te-
ne dixit Arius, solum Patrem esse æter-
num? an secundum Scripturas locutus
est, vel non? Palladius: *Nolo respondere.*
 Constantius, Episcopus Arausicanus, di-
 xit: *Jam non respondes, postquam tamdiu*
blasphemasti? Hæc de disputatione præ-
 cedente, antequam acta scriberentur, ac-
 cipienda sunt. Eusebius Bononiensis
 subjunxit: *Fidem tuam simpliciter enun-*
tiare tenebis; si Paganus te interrogaret,
quomodo in Jesum Christum credas?
nunquid oporteret te Jesum Christum te-
rubescere? Sabinus, Episcopus Placenti-
 nus, dixit: *Vos instantissime urssis, ut*
conveniremus hodie, non exspectatis reli-
quis fratribus nostris, qui forte venissent.
Itaque non licet vobis, quod semel plu-
cuit, retractare. An dicitis Christum
creatum esse, vel Filium Dei esse æternum?
 Palladius: *Diximus, nos venturos, ut*
convincamus vos, pessime a vobis factum,
quod Imperatorem deceperitis. S. Am-
 brosius:

brosius: *Legatur Palladii Epistola, ut exploretur, an hoc ad nos scripserit? & patebit, ipsum jam secundo fallere.* Palladius: *Legatur!* Episcopi dixerunt: *Cum Imperator Sirmii esset, nunquid tu sollicitasti, vel ipse apud te institit?* Palladius: *Imperator ad me: Ite! diximus: Num etiam Orientales vocati sunt? Respondit: Vocati sunt. Si enim Orientales non fuissent vocati, an nos adventuros fuisse putatis?*

S. Ambrosius dixit: *Mittamus Orientales! hodie tuam fidem exquiro; lecta est Arii Epistola; dicitis, vos Arianos non esse; jam Arium damnate, aut defendite!* Palladius iterum ob absentiam Orientalium jurgari, & S. Ambrosius subjunxit: *Vos ipsi institistis, ut conveniremus hodie, dixistis: Venimus Christiani ad Christianos; ergo vestro judicio Christiani sumus. Argumenta vestra expromere, & audire nostra promisistis. Obtuli vobis Epistolam, ab Ario scriptam, sub cujus nomine, dicitis, quod calumnias patiamini; respondetis, vos Arium non sequi. Hodie ut mentem vestram aperiat, necesse est; aut Arium damnate, aut opinionem ejus, quibuscunque Scripturæ locis placuerit, propugnate.* His addidit: *Igitur secundum Epistolam Arii Filius Dei non est æternus.* Palladius adhuc de Valore Concilii tricabatur.

T t 5

Et

Sæculum IV.
A. C. 381.

n. 12.

Sæculum IV. Et S. Ambrosius sermonem profectus
 A. C. 381.

dixit: Omnium suffragiis damnatus est ille, qui dicebat; Filium Dei non esse æternum; hoc dixit Arius, hunc Palladius sequitur, dum Arium damnare non cœlit. Quamobrem judicate, an ejus opinio probanda sit, & an secundum Scripturam

vel contra Scripturam loquatur? Legimus enim: Virtus Dei æterna, & divinitas ejus. Et iterum: JESUS Christus est virtus Dei; ergo si virtus Dei est æterna, JESUS Christus æternus est.

S. Eusebius Bononiensis dixit: Hæc est fides nostra! hæc est fides Catholica! qui hoc negat, anathema sit! Omnes Episcopi dixerunt: Anathema sit!

n. 14.

Palladius dixit: Nunquam vidi Arium, nescio quis sit. S. Eusebius dixit: Arii blasphemiam in medium proposita fuit, æternitatem Filii Dei negantis; an cœlitis blasphemiam unacum suo auctore damnare, aut defendere? Palladius: Extra Concilium Legitimum non respondet. S. Ambrosius ulterius Episcoporum suffragia exquirens, ad Gallorum Delegatos convertitur; tum Constantius, Episcopus Arausicanus, dixit: Semper hæc impietatem damnavimus, & hodie etiam damnamus non solum Arium, sed quicumque dicentem, Filium Dei non esse æternum. S. Ambrosius suffragium S. Justini speciatim petiit, tanquam alterius Gal-

n. 15.

liæ
 stus
 ater
 fio,
 exp
 mir
 se c
 An
 in I
 nat
 Sa
 Ve
 nu
 sol
 in
 Fi
 rel
 ve
 xi
 J
 nu
 D
 qu
 ce
 in
 el
 v
 go

lia Regionis Legati; responditque S. Ju- Sæculum IV.
 stus: *Qui non confitetur, Filium Dei co-* A. C. 381.
æternum Patri, anathema sit! S. Ambro-
 sio, etiam suffragia Legatorum Africae
 expetenti, Episcopus Felix omnium no-
 mine dixit; jam olim hunc errorem a
 se damnatum, & adhucdum damnari.
 Anemius, ut Episcopus Sirmiensis, primæ
 in Illyrico Sedis, sicut & alii, Arianis a-
 nathema dixit.

n. 16.

§. XIII.

Divinitas Filii Dei.

Sanctus Ambrosius dixit: *Audite, quæ*
sequuntur! Tum in Epistola Arii illa
 Verba de Patre lecta sunt: *Solus æter-*
nus, solus sine initio, solus vere sanctus,
solus immortalis! S. Ambrosius: *Etiam*
in hoc articulo dammate eum, qui dicit,
Filium non esse verum Deum. Palladius
 respondit: *Quis dicit, Filium non esse*
verum Deum? S. Ambrosius: *Arius di-*
xit. Palladius: *Cum dicat Apostolus,*
Jesum Christum esse Deum super omnia,
num quis negare poterit, eum esse verum
Dei Filium? S. Ambrosius: *Ut sciatis,*
quod simpliciter veritatem quæramus, ec-
ce! idem dico, quod tu dicis, tu vero non
integram, sed tantum veritatis partem
eloqueris; dum enim hæc dicis, negare
videris, ipsum esse verum Deum. Si er-
go simpliciter confiteris, Filium Dei esse
verum

n. 17.

n. 18.